copiam qui habet miser non est, nec ipsa in-
quam morte tuos dolores tibi necare licèt, quin
potiꝰ fortuna cedo et Victoris animum precibꝫ
inflecto, Videat fortuna supplicem Sedeciam,
Videat rogantem, hac sit illiꝰ maxima de me
victoria. Ego victꝰ, non amplius Rex miser eē
tandem discam, dummodo Regno meo, pr̄ia mea
non omnis extinguatur salutis fiducia: ride
demum ride novercans fortuna, supplex irarū
tuarum fulmen, Sedecias deprecor, parce, non
decet semper Regem timeri nunquā amari, ipse
Deus ubi detonuit reddit serenitatem cœlis, sæ-
vire possunt omnes, parcere nulli nisi princi-
pes vides tuis ignibꝫ fumantem, felicissimā
quondam, nunc sortis pilam, Judæam in quā
nihil illi relictum nisi trucidatorum civiū
cadavera, parce, si quid nocentes peccavere,
innocentium panis est expiatum, parce, iacet
pr̄ia tuis, et fortuna armis subacta, tellus mi-
serorum ossibꝫ strata, et obtruncatorū sanie
defoedata, se ipsam horret atqꝫ formidat
Hæbræorum sanguine comixtꝰ Jordanis proce-